



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon
Prussiae**

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Cap. CCCXIII. De Depraedatione territorii Medenike.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

Rex Lethovviorum auditâ famâ navis hujus, turbatus est, & omnis Lethovvia cum eo, & post multa consilia variosque tractatus habitos pro destructione ipsius, tandem misit nobilem virum & bellicosum Surminum, cum centum navibus, in quibus erant sexcenti viri & amplius, & centum equites, qui dum navem impugnarent, IV. Sagittarii de intus qui ad defensionem ejus deputati fuerant, viliter defenderunt. Tandem præciso fune, quo ligata fuit, descendit navis Memelam & descendendo fortiter impugnaverunt, sic quod multis Lethovvinis vulneratis & (a) Scoldone, germano dicti Surmini, occiso, navem ceperunt & interfectis IV. Sagittariis in cinerem redegerunt.

ANIMADVERSIO.

(a) Stryikovski legit Stoldon, & putat fuisse Gastoldum, quæ familia postea apud Lithvanos fuit celeberrima.

CAP. CCCXII.

De

Combustione præurbiorum castri

Bisene.

Hoc anno in autumno frater Henricus Marschalcus cum fratribus & viris de Sambia & Nattangia impugnavit castrum Bisenam, & post longam impugnationem, diversis utriusque partis vulneratis, ambo ipsius, suburbia ignis incendio devastavit.

CAP. CCCXIII.

De

Deprædatione territorii Medenike.

Annò Dn. MCCCXIV. | *Anno Domini MCCCXIV. Kalendis Martii*
 post circumcisio- | *apud Carpentrasium, ubi tunc curia Romana*
 nem | *Bbb 2 fuit*

nem ejus Idem frater
 Henricus Marschaleus
 cum fratribus & viris
 de Sambia & Nactan-
 gia, dum veniret circa
 territorium Medeni-
 kam, quidam Lithovvi-
 ni noctis tempore ten-
 toria ejus intrantes, IV.
 viros occiderunt, duos
 equos secum ducentes.
 de quo exercitus Chri-
 stianorum per totam
 noctem fuit inquietatus:
 Sed hoc fratres non
 terruit in tantum, ut
 opus Domini inceptum
 aliquantulum retardaret.
 Unde quod ad laudem
 Domini nostri Jesu Christi
 inceptum, zelo fidei
 successi, viriliter confisi
 in Domino perfecerunt.
 Sequenti ergo die dictum
 territorium potenter intraverunt,
 & quicquid in eo intra
 tres leucas constitutum
 fuit, vastaverunt incendio
 & rapina, & occisis
 & captis septingentis
 hominibus cum prada
 maxima redierunt.

fuit, apparuerunt tres soles circa octavam horam. Unus in oriente innaturalis: duo in meridie, unus naturalis, alter contra cursum naturae, & diu duraverunt, & quilibet suos radios emittebat. Hoc fuit quoddam indicium & prodigium significans mortem Papae & post mortem ejus ad modicum scissuram Collegii; duravit tamen ista scissura per duos annos & IV. menses, antequam Cardinales concordarent in Electione futuri Papae. Hoc idem signum similiter apparuit tempore mortis Julii Caesaris ut scribit Comestor & post mortem facta est scissura Senatus. Eodem anno XIII. Kalend. Maji moritur Papa Clemens eo die revoluto anno, quo cometa incepit apparere. Hoc etiam anno XII. Kal. Nov. Lodovicus de Bavaria & Fridericus Dux Austria in discordia sunt electi in Regem Romanorum, tempore quo sedes Apostolica vocavit XXIX. mensibus, & duravit inter eos hac discordia usque ad annum Domini MCCCXXII. ubi in vigilia Michaelis Ludovicus Dux Bavariae post multa bella inter se habita Fridericum Ducem Austria cepit in bello, & captum detinuit II. annis, ex tunc facta fuit concordia inter ipsos.

CAP. CCCIV.

Ad idem.

Eodem